



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

125. An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia concessa in iure communi,
eaque, quæ usus toleratæ consuetudinis approbantur? Et an Bulla
suspendat privilegia quæ habent Regulares celebrandi tempore ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

RESOL. CXXII.

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare materiam subrogatam, in quam fuit commutatum Votum reservationis Casitatis, seu Religionis, vel ultramarina peregrinationis? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 71.

Aliqui negatiuè respondent; quia subrogatum sapere debet naturam eius, pro quo subrogatur: unde asserunt, materiam, in quam commutatur votum referuatum, etiam referuatum manere. Et in hac sententiam videtur inclinare Azorius p. 1. lib. 1. cap. 18. q. 1. dicens, dubiam sibi esse contrariam sententiam: & illam docet ex modernis Zanardus in Theol. p. 2. c. 33. Sed contrariam sententiam, affirmandam esse puto: quia per commutationem extinguitur prius votum referuatum ratione materiæ: ergo illud votum, quod est de alia materia non erit referuatum. Et ita docet Filliuc. tom. 2. tr. 26. c. 10. num. 293. Suar. de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 15. Lessius lib. 2. cap. 40. dub. 18. num. 24. Sanch. de matr. tom. 7. lib. 8. disp. 9. n. 20. Henriquez lib. 7. c. 30. n. 5. Sa verb. votum, num. ult. Aragon. tom. 2. lib. 6. cap. 12. & alij. Ad argumentum in contrarium respondeo, subrogatum sapere naturam eius, cui subrogatur; procedit ex sola fauorabili, & lata interpretatione, quæ in odiosis non habet locum, qualis est referuatio.

RESOL. CXXIII.

An per Bullam Cruciatæ deus facultas recipiendi Eucharistiam, præterquam in die Paschatis de manu simplicis Sacerdotis sine licentia Parochi, sine Episcopi? Idem quærit de Sacramento Extremæ Vnctionis. Ex p. 1. tract. 11. Ref. 20.

Negatiuam sententiam docet Suarez in 3. p. num. 3. disp. 72. sect. 4. quia, ait ille, ex clausula Bullæ Cruciatæ, in qua conceditur facultas ad recipiendum Confessorem, non intelligitur esse concessa facultas ad recipiendam Eucharistiam à tali Confessore, vel ab alio simplici Sacerdote electo ad hoc munus per ipsi summe penitentem: quod idem dicendum est de Sacramento Extremæ Vnctionis. Et licet Magnus semper Suarez aduerferet; tamen ita amplectens est hanc opinionem, vt contrariam prorsus improbabilem vocet, vt videtur est apud ipsum in 3. p. to. 1. q. 2. art. 3. fol. mibi 4. 7.

1. Sed, pace tantorum Virorum, probabilissima, de qua in praxi est contraria sententia, quam docet Valquez in 3. p. tom. 3. disp. 219. cap. 5. num. 47. vbi asserit, per Bullam Cruciatæ concedi facultatem, vt quis possit à quocunque Sacerdote Eucharistiam recipere; non, quia in ea concedatur, vt possit eligere sibi Confessarium, nam in tali facultate non intelligitur licentia ad recipiendum hoc Sacramentum, vt post Suarez notauit etiam Filliucius tom. 1. tr. 4. c. 9. num. 163. aduersus Caietanum verb. excommunicatio, c. 63. sed quia expressè licentia ad Eucharistiam accipiendam in ipsa Bulla conceditur, vt patet ex verbis ipsius Bullæ, quæ ipse adducit. Et idem, quod de Eucharistia docet, etiam de Extremæ Vnctione admittit.

2. Ex his Patet responso ad argumentum Suarez. Accipiens igitur Bullam Cruciatæ habet facultatem à Summo Pontifice eligendi Sacerdotem, vt possit ab ipso sine licentia Parochi accipere hæc tria Sacramenta, Penitentiam, Eucharistiam, & Extremam Vnctionem. Notetur hæc: quia passim non sunt obuia,

RESOL. CXXIV.

An tempore interditi, si quis habeat Bullam, teneatur audire Sacrum?

Et qui audit Sacrum tempore interditi virtute Bullæ, an teneatur sub mortali, vel tantum sub veniali aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra Infideles emitte? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 2.

§. 1. Affirmatiuè respondet Villalob. in sum. tom. 1. tr. 19. dub. 5. n. 14. Tannerus in 2. 2. disp. 5. q. 6. dub. 2. n. 15. Sancius in Selectis, disp. 15. n. 2. Barbola in collect. tom. 2. lib. 5. tit. 33. cap. 15. n. 7. Bonacina de conf. disp. 5. punct. 4. n. 2. Acolta in explic. Bull. quest. 28. Cencido in suis qq. Canonis, q. 44. per tot. Fernandez in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. §. 3. n. 1. Nugnus in 3. p. tom. 2. q. 83. art. 6. & alij.

2. Sed mihi contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Anja de conf. part. 3. disp. 4. sect. 2. dub. 6. vbi asserit, Victoriæ, & Canum idem docuisse; & idem tenuisse multos Doctores Salmanticensis testatur Henric. in sum. l. 3. c. 38. n. 5. in Glossa, litt. D. & lib. 7. de Indulg. cap. 13. n. 3. & hoc etiam docet Llamas in sum. p. 3. c. 5. §. 12. Alterius de conf. tom. 1. disp. 2. de interd. c. 3. in fin. fol. 319. Coninch de Sacram. disp. 17. num. 28. & Ledesma in sum. p. 1. tract. de Euchar. cap. 27. cum alijs. Et ratio est: quia nemo tenetur vt priuilegio sibi concessio: nam, si priuilegium obligationem induceret, gratia non esset, sed onus. Deinde, si quis habeat priuilegium audiendi Missam in Oratorio domus, quacunque ratione cogitur domi manere, non tenetur sub pena peccati vti suo priuilegio in diebus festiuis; ergo, &c. Et ita docet Suarez in 3. p. tom. 3. disp. 88. sect. 6. Cæteras rationes vide apud citatos Doctores.

3. Hoc vnum addam, quòd, stando in prima opinione, qui audiunt Sacrum tempore interditi virtute Bullæ, tenentur aliquas preces Deo pro vnione Principum Christianorum contra infideles; eorumque contra eandem victoria emitte: quod præceptum ad mortale non obligat, sed tantum ad veniale, vt aduertit Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 4. numero 13; qui citat Henriquez, & multos Iuristas, & Theologos Salmanticensis, cum quodam Commissario Cruciatæ.

RESOL. CXXV.

An Bulla Cruciatæ suspendat priuilegia concessa in iure communi, eaque, quæ vsu tolerata consuetudinis approbantur?

Et an Bulla suspendat priuilegia, quæ habent Regulares celebrandi tempore interditi in aliquibus Festiuitatibus, in quibus omnes admittuntur ad Officia Diuina, & ad recipiendum Sacramenta? Ex p. 1. tract. 11. Ref. 87.

§. 1. Respondeo negatiuè: quia Bulla non facit mentionem de istis priuilegijs, neque nominat consuetudines. Vnde, tempore interditi, non obstant Bulla, potest initiatus minoribus Ordinibus audire Missam; & Prælati Religionum possunt conferre literas fraternitatis.

2. Et ita docet Fernandez in exam. Theol. mor. part. 3. cap. 9. sect. 11. §. 18. n. 3. & Villalobos in summa, tom. 1. tr. 27. claus. 12. n. 7. qui etiam notat, Bullam non suspendere priuilegia, quæ habent regulares, celebrandi tempore interditi in aliquibus Festiuitatibus, in quibus omnes admittuntur ad Officia diuina & ad recipienda Sacramenta.

RESOL.

IN A
BRIA
II. IV. V
III

Sup. hoc sup. in tr. 2. Ref. 35. §. 1. ad medium, sed lege eam per totam, & in Ref. 36. §. Sed his, ad mediū, verif. Tum, ex doctrina §. 1. dictæ Ref. & in c. 3. tr. 1. Ref. 102. §. Dices, quando.

Sup. hoc sup. in tr. 2. Ref. 48. §. 1. prope finem, verif. Eis tamen, & signanter in Ref. 59. à principio vt que ad medium §. 1.